



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum per gratiam linguarum homo adipiscatur scientiam omnium
linguarum? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

*De Gratijs gratis datis et primo de gratia linguarum,
in duos articulos diuisa.*

Dinde considerandum est de gratijs gratis dati,
qua pertinent ad locutionem. Et primo, de gratia
linguarum. Secundo, de gratia sermonis sapientie
seu scientiae.

- ¶ Circa primum queruntur duo.
- ¶ Primo, utrum per gratiam linguarum homo accipiatur scientiam omnium linguarum?
- ¶ Secundo, de comparatione huius doni ad gratiam prophetiarum?

ARTIC. I.

*Virum illi qui consequebantur donum linguarum,
querentur omnibus linguis?*

840

*1. Cor. 14
lec. 1. co.
2. et le. 4.
prin.
gl. ord. su
per praef.
tonē Hee
ron. epif.
ad Hebr.*

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod illi qui consequebantur donum linguarum, non loquuntur omnibus linguis. Illud enim quod diuina virtus aliquibus conceditur, optimum est in suo genere. Hoc Dominus aquam conuerit in vinum bonum, sicut dicitur Io. 2. Sed illi qui habuerunt donum linguarum, multi loquebantur in propria lingua. Dicit enim gl. ad Heb. 1. non esse mirandum quod epistola ad Efe sionem maiore relucet facundia, quam aliae: cum natura ratione plus in sua, quam in aliena lingua valorem. Vnicuique plus in sua, quam in aliena lingua valorem. Ceteras enim epistolas Apostolus peregrinus, Graeco sermone compositas; hanc autem semper in braica lingua. Non ergo per gratiam gratis donata Apostoli acceperunt scientiam omnium linguarum.

*¶ 2 Præterea, Natura non facit per multa ostentest fieri per unum; & multo minus Deus, qui excedens, quam natura operatur. Sed poterat Deus facere ut unam linguam loquentes eius discipuli, ab omnibus intelligerentur. Vnde super illud * Act. 2. Anachorita unusquisque lingua sua illos loquentes, dicit gloriosus: linguis omnibus loquebantur, vel sua, id est, Hellenica lingua loquentes ab omnibus intelligebantur, scilicet propriis singulorum loquerentur. Ergo videtur quod*

non habuerunt scientiam loquendi omnibus linguis.
¶ 3 Præterea, Omnes gratia deriuantur à Christo
in corpus eius, quod est Ecclesia: secundum illud Io.
1. De plenitudine eius omnes accepimus Sed Christus
non legitur fuisse locutus nisi una lingua; nec etiam
sunt fideles singuli nisi una lingua loquuntur. Ergo
videatur, quod discipuli Christi non acceperunt ad hoc
gratiam, ut omnibus linguis loquerentur.

Si B D contra est, quod dicitur Act. 2, quod repleti
sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs lin-
guis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Vbi dicit
glossa* Gregorij, quod Spiritus sanctus super discipu-
los in igneis linguis apparuit, & eis omnium lingua-
rum scientiam dedit.

RESPONDEO dicendum, qd primi discipuli Chri-
sti ad hoc fuerunt ab ipso electi, vt per vniuersum or-
bem disurrentes, fidem eius vbiique prædicarent: se-
cundum illud Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes.
Non autem erat conueniens, vt qui mittebantur ad
alios instruendos indigerent ab alijs instrui, qualiter
alijs loquerentur, vel qualiter quæ alij loquebantur
intelligerent. Præsertim quia isti qui mittebantur, erat
vnius gentis, scilicet Iudaæ, secundum illud 1. I. 27.
Qui egredientur imperio a Iacob, implebunt faciem
orbis terrarum. Illi etiam qui mittebantur, pauperes &
impotentes erant, nec de facili à principio reperirent
qui eorum verba alijs fideliter interpretarentur, vel
verbis aliorum eis exponerent, maximè quia ad infi-
des mittebantur. Et ideo necessarium fuit, vt super
hoc eis diuinitus prouideretur per donum linguarum:
vñ sicut gentibus ad idolatriam declinantibus intro-
ducta est diuersitas linguarum, sicut dicitur Genes. 11.
ita etiam quando erant gentes ad cultum vnius Dei
reconcandæ, contra huiusmodi diuersitatem reme-
diū adhiberetur per donum linguarum.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut dicitur 1.
Corinth. 12. Manifestatio spiritus datur ad utilita-
tem. Et ideo sufficienter & Paulus, & alij Apostoli

L. 3 fuerunt

ho. 30 in
Euseb. in
ter prin.
& med.

534. fuerunt instructi diuinitus in linguis omnium gentium quantum requirebatur ad fidei doctrinam. Sed diversum ad quædam quæ superadduntur humana arte ad ordinatum & elegantiam locutionis, Apostolus instrutus erat in propria lingua, non autem in aliena. Sic ut etiam in sapientia & scientia futurum sufficienter instrutum requirebat doctrina fidei, non autem quantum ad omnia quæ per scientiam acquisitam cognoscendam de conclusionibus Arithmeticæ vel Geometrie.

Ad secundum dicendum, quod quamvis viventes fieri potuisset, scilicet quod per unam linguam loquentes ab omnibus intelligerentur, aut quod omnibus linguis loquerentur: tamen conuenientius fuit quod in omnibus linguis loquerentur: quia hoc pertinebat perfectionem scientiae ipsorum, per quam non solle loqui, sed intelligere poterant quæ ab alijs dicebantur. Si autem omnes unam eorum linguam intellescent, hoc vel suisset per scientiam illorum qui obloquentes intelligerent, vel suisset quasi questus illo, dum eorum verba aliter ad aliorum aures pertinuerunt, quam ipsi ea proferrent. Et ideo glossa ^{et} *ad Act. 2.* quod maiori miraculo factum est quod ipsorum linguarum generibus loquerentur. Et Paulus *ad Corint. 14.* Gratias ago Deo, quod omnium strum lingua loquor.

Ad tertium dicendum, quod Christus in persona vni soli genti prædicatus erat, scilicet dei. Et ideo quamvis ipse absque dubio habebat perfectissimam scientiam omnium linguarum, nonnunquam oportuit quod omnibus linguis loqueretur. Idem ut August. dicit * super Ioann. Cum & modo ^{et} *in Ioann.* ^{et} *in med. il-* ^{et} *bus, s. 9.* ^{et} *traf. 32.* ^{et} *in* ^{et} *sancius accipiatur,* nemo loquitur linguis gentium: quia iam ipsa Ecclesia linguis gentium loquitur, in qua qui non est, accipit Spiritum sanctum.